



Summæ Theologicæ Scholasticæ Et Moralis In Qvatuor Partes Distributæ Pars ...

In qua de Virtutibus in Communi, & Theologicis, Fide, Spe & Charitate, nec
non Virtutibus Cardinalibus, præsertim Justitia & Jure, ac Religione
ceterisq[ue] annexis, & Vitiis Oppositis in particulari breviter & dilucidè
tractatur

Herincx, Wilhelm

Antverpiæ, 1663

Illustrissimo Ac Reverendissimo Domino, D. Evgenio Alberto Dallamont
Episcopo Ruræmundensi, Insignis Ecclesiæ Cathedralis Leodiensis
Canonico, Baroni De Busii, Topapchæ In Allamont Et Malandrii, ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72941](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72941)

ILLUSTRISSIMO

AC

REVERENDISSIMO DOMINO,

D. EVGENIO

ALBERTO

D'ALLAMONT

EPISCOPO

RURÆMUNDENSI,

INSIGNIS ECCLESIAE CATHEDRALIS LEODIENSIS

CANONICO,

BARONI DE BUSII,

TOPARCHÆ IN ALLAMONT ET MALANDRII,

DOMINO TEMPORALI IN SART, BLAIGNII &c.



ILLUSTRISSIME AC REVERENDIS-
SIME DOMINE

Opus Obedientiæ, Summam
dico Theologicam (cui Pars
præsens deerat, diversis impe-
dimentis retardata) divinâ favente clemen-
tiâ consummavi, conatus claritati sociare

* j brevi-

brevitatem. Etenim præter animi oblectationem, quæ maximè brevitatem comitatur, etiam memoriæ amicum est, quod breve: & omnino faciliùs illabatur, quod minutiùs, ac velut guttatim excipitur. Bonum publicum pro scopo habui. Utinam intentum affecutus sim! Verumtamen voluisse sat erit Deo, affectum pensasti.

Cui porrò sudorès hos post Deum consecrarem, non anxie deliberandum mihi fuit. Tibi, ILLUSTRISIME PRÆSUL, consecrandos putavi, Tibi deberi. Non enim (ut rationes ex singularis benevolentia erga Seraphicam nostram Religionem affectu, familiae velut hereditario, petitas prætermittam) decuit ea, quæ Fidem, ceterasque Virtutes Theologicas, quæ Justitiam, ceterasque Virtutes Morales spectant, alteri consecrari, quàm ei, qui secutus monitum Apostoli in Timotheo ceteros Episcopos instruens *Epist. 1. cap. 4.* adeò graviter fatagit seipsum Fidelibus præbere vivum exemplum bonorum operum, in verbo, in conversatione, in charitate, in fide, in castitate, ceterisque Hierarchas decentibus ornamentis, quæ in eadem Epistola Apostolus luculentè expressit. Hæc etenim me-
ditaris,

DEDICATORIA.

ditaris, in his es totus; adeo ut profectus
 tuus manifestus sit omnibus. Qualiter enim
 attendas Tibi, & Doctrinae Orthodoxae tuen-
 dae ac promovendae, Heterodoxis conver-
 tendis, vitiis e populo Tibi commisso era-
 dicandis, cernunt cuncti, laudant boni. At-
 que ita instar boni Pastoris a grege lupum
 arces, simulque eundem pabulo salutaris
 doctrinae ac monitorum (quae ipse etiam
 parvulis ac pauperibus instar Catechistae
 instillare non postponis) saginas. Pro Justi-
 tia non minus agonizantem oculis conspe-
 ximus, dum vultum potentium non veri-
 tus, pro jurisdictione Ecclesiastica, veluti
 pro pupilla oculi, non sine solemnibus victoria
 decertasti. Unde quasi victorem e praelio
 redeuntem Ecclesia tua nuperrime non
 absque triumpho gratulabunda excepit. In
 egenos liberalitas (libere dico) vires fasul-
 tatum Episcopatus egeni superare videtur,
 etiam Te ipso circa divinam hac in re pro-
 videntiam praed admiratione suspenso.

Nolo singularum virtutum tuarum, mo-
 destiae, humilitatis, & reliquarum, quas ita
 Tibi proprias fecisti, ac si singulae forent a
 Te studiosae adamatae, praconiis immorari.
 Humilitas mihi perspecta ea refugit. Una
 * ij eaque

EPISTOLA

eaque verissima laus tua est; ex a quo laudari non posse: altera, non velle. At vel ideo quia vitare studes, sequentur præconia: neque beata illa æternitas magis deerit virtuti tuæ, quam nunc dignitas. Quæ etsi magna, dubium tamen, utrum Te, magis ornet, an Tu illam.

Latus nunc superesset campus divagandi in recensendis antiquissimi ac illustris per tot sæcula Stemmatis tui meritis. Verum longo recusas sanguine censeris, pictosque ostendere vultus Majorum tuorum, tot sæculis apud Belgas summè illustrium: sive progenitores paternos d'ALLAMONT, sive maternos DE MERODE, sive agnatos & affines primariæ per Burgundiam, Belgium, Lotharingiam nobilitatis, recensere quis cupiat. Taceo proinde tot invictissimos Heroës ALLAMONTIOS, Proavum, Avum, Patrem, Patruos, variis expeditionibus ac dignitatibus clarissimos, ac pro Rege & Patria pugiles invictissimos: quos fama numquam intermoritura loquetur. Sed & illustria eorundem encomia non tacuit ipse magnus noster Monarcha Philippus in diplomate, quo Theodorum d'ALLAMONT ex certa scientia ac potestatis suprema

DEDICATORIA.

prema plenitudine creavit Comitem de Brandeville. Quis tandem ita in fide erga Regem & Patriam, in fortitudine bellica eluxit, ut JOANNES D'ALLAMONT, Germanus tuus, Montis-Medii in Ducatu Luxemburgensi pro Rege Gubernator? Is nimirum (mundo publica refero, etiam Typis per Hispaniam & Belgium nota) verus Hostium terror, semper ipse impavidus: ut nulli veterum Romanorum cedere debeat. Obsidenti locum potentissimo Galliarum Regi, validissima stipato militum manu JOANNES restitit, Te presente & assistente. Restitit autem sic, ut cunctis, sed & ipsis hostibus, ac Regi predicto admirationi fuerit ac aestimationi. Restitit, inquam, ad sanguinem, & mortem usque, vitam ibidem pro Rege suo ac Patria perdens, nec unquam gloriosius vincens, quam dum hostiles impetus intrepide ac strenue frangere studens, globo lethaliter vulneratus, nec tamen suos animare desistens, vitam glorioso, nec minus Christiano fine, etiam laetus conclusit.

Tibi itaque ILLUSTRISIME PRÆSUL, lubens meritissimèque Partem hanc Theologicam inscribo, Teque Patronum Operi & Au-

EPISTOLA DEDICAT.

& Auctori adopto, & utrumque juris tui
facio; & quidem intimo voto meo facio.
Utrumque suscipe eo, quo offertur, affe-
ctu: & beneficium rependeris. Deus Illu-
strissimam Dominationem tuam Ecclesie
ac nobis diu sospitet. Ita corde & animo
vovet

ILLUSTRISSIMÆ DOMINATIONIS TUÆ

Humillimus Servus

F. GVILIELMUS HERINCX.

Lovanij die 30. Augusti
1663.